UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Altsächsische Sprachdenkmäler

Facsimile-Sammlung

Gallée, Johan Hendrik

Leiden, 1895

d. Essener Evangeliar, fol. 35a.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42577

Visual Library


Mattheus

Ego autem dico uobis non iurare omnino neque per celum
quia tronus di est. Neque per terram quia scabellum
est pedum eius. Neque p hierusolimam quia ciuitas est mag
ni regis. Neque per caput tuum iuraberis quia non potes unu
capillum album facere aut nigrum. Sit autem sermo
uester est est non non. Quod autem his habundan
tius est a malo est. Audistis quia dictum est oculum
pro oculo et dentem pro dente. Ego autem dico uobis
non resistere malo
Sed siquis te percusserit in dextra maxilla tua
praebe illi et alteram. Et ei qui uult tecum iudi
cio contendere et tunicam tuam tollere remitte
ei et pallium.
Et qui cumque te angariauerit mille passus uade
cum illo et alia duo. Et ei qui te petit da ei et uolen
te mutuari a te ne auertaris.
Audistis quia dictum est diliges proxi
mum tuum et odio habebis inimicum tuum.
Ego autem dico uobis diligite inimicos uestros be
ne facite his qui oderunt uos et orate pro per
sequentibus et calumniantibus uos ut sitis filii pa
tris uestri qui in celis est qui solem suum ori
ri sup bonos et malos et pluit super iustos et iniustos
Si enim diligatis eos qui uos diligunt quam
quam mercedem habebitis. Nonne et publicani hoc
faciunt. Et si salutaueritis fratres uestros tantum
quid amplius facitis. Nonne et ethnici hoc faciunt.
Estote ergo et uos perfecti sicut et pater uester
caelestis perfectus est.
Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram

IId.

Max Roediger.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn 50
06
BZG
1174-2
09/5746
UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN